recipere mercedem. quia autem insidiantur regno eorum perire proscelere. Omnis autem provincias et civitas que noluerit sollempnitatis huius esse participes gladio et igne pereat. Et sic deleatur ut non solum hominibus sed etiam bestiis invia sit in sempiternum pro exemplo contemptus et obedientie. **Explicit liber hester.**

Ubi cum saccerdos iherusalem consenserit iudei edicto regis sacrificare idolis.

Ubi lex dei exusta est iussu regis antiochi propter sacrificantes idolis.

De mathathia et filiis eius lamentantibus propter iherusalem.

Ubi ministri regis cum cogerent mathathiam ad sacrificare et noluit. sed interfecit sacrificantem.

Ubi iudei qui non sacrificaverunt fugientes in deserto occisi sunt.

Ubi mathathias cum filiis occidit persecutores et aras evertit.

Ubi mathathias moriens admonet filios.

Ubi surrexit iudas post mortem mathathie defendere israel.

Ubi iudas occidit apollonium et seron principem exercitus syrie.

Ubi antiochus congregat exercitum contra iudam et de actibus lisie et victorie iude.

Ubi veniens lysias amicus antiochi cum exercitu a iuda debellatus est.

Ubi iudas purificat templum ab inmunditiis gentium.

Ubi iudas debellavit gentes volentes perdere israel et de timotheo.

Ubi simeon expugnavit gentes missus a iuda fratre suo.

Ubi iudas et frater eius expugnavit castra timothei et cepit civitates munitas et civitatem effrem.

Ubi ioseph et azarias voluerunt expugnare gentes et victi sunt. et ubi iudas expugnavit filios esau.

De morte antiochi et successione filii ipsius.

Ubi filius antiochi mittit exercitum ad debellandum iudam et vincitur et pacem dat fincte quam continuo distrupit.

Ubi demetrius occiso antiocho et lysia obtinuit regnum et de alchimo et bachide et malitia eorum.

Ubi secundo misit demetrius nicanorem ad bellandum iudam.

Ubi oravit iudas ad dominum et vicit nicanorem et occidit eum. (rum.

De romanorum fama quod omnia regna sibi subiecit.

Ubi iudas mittit legatos romam amicitie gratia.

Rescripta romanorum ad iudeos et ut demetrius iudeis non adversetur.

Ubi demetrius mittit exercitum ad iudeos debellandos.

Ubi iudas mortuus est in bello postquam extinxit patrem bachidis. (iude.

De iniuris impiis in malitia bachidis post obitum

Ubi ionathas suscepit principatum et expugnavit filios iambri et bachidem.

Ubi alchimus volens templum destruere obmutuit et de consilio impiorum perditio.

Ubi superatus est bacchides a symone et ionatha et reddit ei ionathas captivitatem et pacem firmavit.

Ubi alexander antiochi filius suscepit regnum et voluit cum eo pugnare demetrius. et ionathan pervenit ad amicitias faciendas ad demetrium.

Ubi ionathas tenuit iherusalem et munivit eam.

Ubi rex alexander petit auxilium ionathe adversus demetrium.

Ubi demetrius petit auxilium ionathe contra alexandrum et contempnitur.

Ubi alexander impugnat et occidit demetrium et accepit filiam ptolomei regis uxorem et de

[illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_17/0723

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG